Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



seddies una. Quia tempus non dū erat. antequā esset
mundus. Tempus autē cē incepit ex consequentib; diebus.
Secunda namq; dies. & tertia. & quarta. & reliquae
omnes. tempus incipiunt designare. Et dixit dns;
fiat firmamentū in medio aquae. & sit dividens
inter medium aquae. & aquae. Et factū ē sic. & fecit
dns firmamentū. Cū iam antea dns fecisset caelū.
Nunc firmamentū facit. Fecit enim caelū prius
De quo dicit. Caelū mihi sedes ē. Post illud autē.
firmamentū facit. Idest corporeū caelū. Omne
enim corpus firmamentū. sine dubio & solidum.
Et hoc ē quod dividit inter aquā quae ē sup caelū.
& aquā quae ē sub caelo. Cū enim omnia quae fac
turus erat dns. ex spū constarent & corpore. Ista de causa.
in principio & ante omnia. caelū dicitur factū. Idest
omnis spiritalis substantia. sup quam uelut in thro
no quodam & sede. dns requiescere. Istud autē caelum.
Idest firmamentū corporeū ē. Et ideo illud quidem
primū caelum quod spirituale diximus. mens nra
ē quae & ipsa spis ē. Idest spiritalis homo nr
Interior ē. qui uid & aspicit dm. Istud autē
corporeū caelū. qd firmamentū dicitur. exterior
homo nr. ē. qui corporaliter intuetur. Sicut ergo